

1325 mart. 13.

duce Austrie, et pluribus nobilibus, comitibus, baronibus et
militaribus viris, et per prefatum Lodovicum in custodia car-
ceris collocatus. Tandem quarto captivitatis sue anno dictus
²³⁷
Fredericus dux Austrie per prefatum Lodovicum absoluitur, absque
dacione pecunie et terrarum, solo dumtaxat interveniente iure:
iurando de pace et fide eidem Lodovico servanda. Cum namque
multi principes dicto Frederico adhuc incarcerato de pace tratan-
da et liberatione eiusdem suas sequas interposuissent partes,
ad ultimum, quod mirabile videtur, dictus Lodovicus prefatus
solus cum solo absque consiliariis et sine arbitris cum prefato
Frederico de pace conveniens eundem liberum abire permisit.

Ex tunc ipse idem Lodovicus solus nomen et monarchiam regni
administrare cepit. Postea vero non multo elapso tempore, cum idem
Lodovicus de administratione rei publice in Italiam quamvis
nondum per se ipsum sed per suos se intramitteret et aliquibus
ecclesie Romane rebellibus fautoriam prestaret, Johannes papa

1324 mart. 23.

~~XXII~~ ipsum excommunicavit et per omnem Germaniam man-
davit excommunicatum publice nunciari. Sed idem Lodovicus
sententiam excommunicationis huiusmodi parvipendens et
occasione eiusdem ad rebellionis forcioris incitamenta in de-
tius provocatus ²⁵⁷ quindodecimo regni sui anno intrans in Italiam
et civitates atque tyrannos Italie sibi concilians ad ultimum
ad urbem Romam accessit, ubi per Romanos cum favore

1327 mart.

g) tractando cod.

237 Rectius tertio.

247 Tam ante pacem inter reges factam Johannes ~~XXII~~. papa Lodovicum excom-
municavit 1324 mart. 23, quem anno eodem iul. II regno privavit.

257 Rectius decimo tertio.